Sed nunquid poterit illam
b transferre b in extraneum titulo permutationis? Reſpon. quod ſic. Ita dicit Bald. in l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1. & ita communiter tenetur, vt ait Ripa in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 86. ff. de verb. oblig. Hoc tamen intellige, vt procedat, dummodo talis premutatio fiat bona fide; ſed ſi aliqua fraus ſubeſſet, puta, quia in effectu emphyteuta rem ipſam venderet, ſed in contractu ipſo aſſereret ſe premutare, vt priuaret dominum iure ſuo prælationis, talis fraus domino non obeſſet, quo minus poſſet vti ſuo iure prælationis. Ita dicit Bald. in d. l. ſi domus. §. 1. & eſt communis opin. vt atteſtatur Ripa in l. 2. in prin. nu. 38. ff. ſi certum petatur. & forte etiam de iuris rigore dici poſſet, quod hoc caſu emphyteuta propter huiuſmodi alienationem caderet a re emphyteutica, quod multi etiam tenuerunt. Hoc tamen pro nunc non affirmo.

mentis, & voluntatis, eo ſcilicet caſu, in quo eadẽ militat permutationis, & emptionis ratio. Aſt in præſenti quæſtione longe diuerſam rationem inter emptionem, & permutationem eſſe, modo iudicatum eſt. Et certe vtriuſque diuerſitas vel inde conſtat: quod permutatio rebus, venditio pretio fieri dicitur, l. 1. ff. de rer. premut. *Harprec.*

b *Transferre.*] Quid ſi vaſallus emphyteuta inuenerit vnum qui, velit facere illam et pacta domino, & conducere rem proprie ſicuti ipſe faciebat an dominus compellatur illum accipere? quod ſic, vide per Marſil. de fideiuſſor. ſub nu. 214. & 215. vbi etiamſi emphyteuta fecit expreſſum pactum, quod in fine locationis poſſit tollere, & elleuare omnia melioramenta, & ſint ſua, certe ſi emphyteuta in fine velit illa exportare, poterit dominus offerendo pretium inhibere, ne releuet: quod eſſe not. dicit ex Bald. & Iaſon ibi aduocatis. *Giach.*

QVAESTIO XVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an poſſit ſine conſenſu domini rem emphyteuticã hypotecare.*

Ex Additionibus.

1 *An emphyteuta, abſque domini conſenſu, prædium emphyteuticum oppignorare queat.*
2 *Sarmienti noua opinio refutatur.*
3 *Enondatio l. lex vectigali 31. ff. de pignorib. & hypothec.*
4 *Prohibito vno omnia ſimul, quibus ad illud peruenitur, prohibita cenſentur.*
5 *Pignoratioue conceſſa, nõ intelligitur etiã conceſſa venditio.*
6 *Intellectus leg. ſi pupillorum 7. §. 1. ff. de rebus eorum, qui ſub tutel. &c.*
7 *Intellectus l. fin. C. de reb. alien. non alienan.*

ADDITIONES.

a HYpothecare, vel pignorare.] Si poteſt capi in pignus, an vocandus ſit dominus directus? vide per Barbat. conſilio 170. volumine ſecundo.

Item emphyteutica in re an poſſit conſtitui pignus? vide Bald. conſ. 306. verba omnino. Rip. in l. 1. numer. 12. de pignor. & hypot. Afflict. deciſ. 191. Ruin. conſ. 17. Boer. deciſ. 180. & emphyteuſis pignorata reuertitur ad dominum ſine onere. Tiraq. in l. ſi vnquam. C. de reuocan. dona. fol. 361. & per Boer. deciſ. 18. Emphyteuſi pignorata, ſi emphyteuta non vult ſoluere, canonem, creditor tenetur ſoluere, alias cadit. Ripa dict. leg. 1. numer. 19. Tiraquel. de retract. munic. §. 36. gloſſ. 2. nu. 18. cum ſeqq. vbi vide. *Giach.*

QVAEST. XVIII.

1 QVæro, an poſſit emphyteuta rem emphyteuticam, ſine domini cõ-
a ſenſu a hypothecare, vel pignorare? Reſp. quod, ſic. Ita dicit gl. in d. l. fin in verbo, Alijs vendere. C. de iure emphyt. quæ in hoc communiter approbatur, vt ait Iaſ. in ead. l. fin. num. 78. & ſeq. quem refert Grat. conſ. 55. num. 14. libr. 1. Idem dicit Gratus conſil. 54. num. 5. lib. 1. Et dicit Rip. in l. filiusfamil. §. diui. num. 90. ff. de leg. 1. quod ita tenent communiter Scribentes. Pignoris enim obligaiio non eſt proprie alienatio, & ideo etiã in generali hypoteca, ſiue obligatione omnium bonorũ, veniunt bona emphyteutica, vt dixi infra hoc eod. lib. §. hypoteca.

1 *Hypothecare, vel pignorare.*] Qnod † emphyteuta prædium emphyteuticum abſque domini conſenſu oppignorare nõ poſſit defendere conatur Sarmientus libr. 3. ſelectar. interpretat. cap. 2. nu. 3. vbi audacter dicit, eandem denunciationem, quæ in venditione requiritur, requiri etiam in pignoris conſtitutione. Sicut enim (inquit) in venditione poteſt dominus offerre pretiũ: ita etiam quãdo rus pignoratur, poteſt, dominus mutare pecuniam, ſub qua pignoratur. Nam ſi admitteretur pignoratio ſine domini conſenſu, nulla ei facta denunciatione: neceſſario etiam permitteretur venditio, per text. in l. ſi pupillorum
2 7. §. ſi pupillus. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tutela, &c. Hæc † Sarmienti noua opinio vtcunque plauſibilis videtur: eam tamen a
3 veritatis tramite longe, lateque aberrare exploratum eſt, per † tex. notabilem in l. lex vectigali. 31. ff. de pignorib. & hypothec. vbi proponitur, fundum vectigalem, ſiue emphyteuticarium ab emphyteuta oppignoratum fuiſſe: & quæritur, an recte pignori datus eſſet? Reſpondit Scæuola: ſi pecunia interceſſit, pignus ſubſiſtere. In hac autem lege, domino non conſentiente; nec requiſito, fundum emphyteuticum obligatum fuiſſe, ex eo manifeſtum eſt: tum quod in illa prorſus nulla fit mentio conſenſus domini: ſed potius ex aduerſo oſtenditur, ſolum poſſeſſorem fundi vectigalis contractum pignoratium cum creditore celebraſſe. Tum quod in iſta lege a Scæuola IC. in dubium vocatur; vtrum pignus ſubſiſtat. Ex quo facile perſpicitur; nullam domini requiſitionem præciſſiſſe. Si enim domini requiſitio, ſiue voluntas interueniſſet; temere & fruſtra Iureconſultus dubitaſſet, an fundi vectigalis hypotecatio iure valeret. Tum denique, quod eadem in lege ſubijcitur: ſi debitor emphyteuta, vel creditor ſecundum legem contractus emphyteutici canonẽ non ſoluerit, potiorem eſſe dominum in fundo veictgali ipſo creditore, cui fundus obligatus, ſiue pignoratus fuerat. Ex quo rurſus cernitur: dominum hypotecationem fundi victgalis minime conſenſiſſe. Alioquin enim non ipſe, ſed creditor ratione pignoris, conſenſu domini conſtituti, potior eſſet. Eandem ſententiam non parum confirmat. tex. in l. tutor 16. §. fin. ff. de pignoratitia act. Item ratio illa, quod pignus in bonis debitoris remaneat: l. pignus 9. C. eod.

Huic ſententiæ non obſtat peruulgata regula, qua aſtrui-
4 tur; quod † prohibito vno, omnia ſimul, quibus ad id peruenitur, prohibita eſſe intelligantur, l. oratio. 16. ff. de ſponſalib. Venditio autem iuris emphyteutici, domino non requiſito, ſit prohibita. Ergo etiam pignoratio, per quam ad venditionem peruenitur, inter dicta cenſeatur. Non, inquam, regula iſta oboſtat. Venditio namque fundi emphyteutici non ſimpliciter, ſed hactenus prohibita eſt, vt illnm emphyteuta non poſſit domino (qui requiſitur pretium offerre mauult) non conſentiente diſirahere. Ceterum ſi dominus, poſt denunciationem ſibi factam, pretium intra tempus legitimum offerre tergiuerſatur; eo etiam inuito, venditio perfici poteſt,
5 l. 3. C. de iur. emphyteut. Sed † per pignorationem, emphyteu-

phyteutæ conceſſam, non peruenitur ad venditionem, eidem interdictam. Neque enim, pignoratione fundi emphyteutici interpoſita, creditori licet fundum hypothecatum vendere, domino, qui requiſitus pretium offerre paratus eſt, conſenſum ſuum non accomodante, d. l. 3. C. eod. Atque hac reſponſione ſatisfieri etiam poteſt diſſentientis Sarmienti fundamẽto, quod extruxit ex d. l. ſi pupillorum 7. §. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tutela, &c. Affirmamus ſiquidem, pignoratione conceſſa, haud quaquam permitti creditori, domino contradicente, fundum emphyteuticum hypothecæ ſuppoſitum diſtrahere. Nam licet minime negetur, creditorem iſtum vendere fundum poſſe: hæc tamen venditio ſecundum conditionem, ac naturam rei emphyteuticæ inſtituenda, adeoque, domino prius requiſito, per-
6 agenda erit. d. l. 3. C. de iur. emphyteut. Nec † contrarium ex d. l. ſi pupillorum 7. §. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tutela, &c. colligitur. Quoniam ibi decretum prætoris, in venditione rei pupillaris, pignori ſuppoſitæ, ideo non deſideratur; quod decretum illud in cõtractu pignoris legitime interpoſitum fuerat. Sufficit enim, decretum ſemel in actu interuenire, ſiue interponi; nec poſtea in executione ipſius actus neceſſario requiritur, argum. l. quęro. 60. §. 1. verſ. Sed vt expediatur quæſtio. ff. de iur. dotiũ.
7 Sic † non obſtat l. vlt. C. de reb. alien. non alienand. vbi alienatione prohibita, cenſetur etiam pignoris datio interdicta eſſe. Quia ea de ſpecie illic tractatur, in qua alienatio ſimpliciter prohibita fuit: qua prohibitione facta, vtique etiam pignoris datio inhibita eſſe intelligitur. At vero fundi emphyteutici venditio non ſimpliciter (vt ſupra monitum) ſed hactenus emphyteutæ eſt interdicta, vt illum nequeat, domino, ſi modo ipſe pretium offerre velit, non conſentiente diſtrahere, d. l. 3. C. de iure emphyteut. Atq; hæc eſt communiſſima Interpretum ſententia; quam poſt Clarum noſtrum, & ab eo citatos, comprobant Emanuel Soarez in theſaur. recept. ſentent. in verb. emphyteuta. nu. 105. Andreas Gail. libr. 2, obſeruat. 15. num. 9. Borcholt. in tract. de feud. cap. 3. nu. 42. circa finem. Corbulus in tract. de iure emphyteut. cap. 14. limitat. 33. & alij per hunc deſignati. *Harprec.*

QVAESTIO XIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an poſſit ſine conſenſu domini rem emphyteuticam alteri locare.*

Ex Additionibus.

1 *Locatio ad modicum tempus; item ad longum tempus quæ.*
2 *Num emphyteutæ integrum ſit, prædium creditori ſuo irrequiſito domino, in ſolutum dare.*
3 *Datio in ſolutum mera venditio eſſe dicitur.*

ADDITIONES

a
1 SI quæris de locatione ad modicum tempus. Adde, † quod locatio ad modicũ tempus ſit, quæ fit ad triennium, quinquennium, imò & ad nouennium; locatio vero ad longum tempus ſit, quæ fit ad vitam locantis, ſiue ad decennium, vel vltra, argum. rubric. & l. penult. & vltim. C. de præſcript. long. tempor. Philip. Corneus conſil. 55. nu. 2. Decius conſil. 264. Bartol. in l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperficieb. Aluarott. in procem. feudor. colum. penult. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 16. num. 1. & plures alij, quos cumulat, & ſequitur Valaſcus in tract. de iure emphyt. quæſt. 29. nu. 1. 3. & 5.

QVAEST. XIX.

1 QVæro, nunquid poſſit emphyteuta ſine domini conſenſu alteri locare rem emphyteu-
a ticam? Reſpond. ſi quæris de locatione ad modicum tempus, nulla eſt difficultas, quin poſſit illam locare: talis enim locatio non eſt ſpecies alienationis. In locatione autem ad longum tempus, aliqui etiam idem ſentiunt, & dicit Apoſtil. ad Alexan. conſil. 119. circa fin. libro tertio, quod ita communiter obſeruatur. Et licet forte hoc de iure non procederet, cum locatio ad longum tempus ſit ſpecies alienationis, vt dixi infra hoc eod. lib. §. locatio. tamen vbi vigeret talis obſeruantia, & conſuetudo, vtique eſſet attendenda, & ſic excuſaret emphyteutam a pœna priuationis, vt in ſimili dixi infra hoc eod. lib. §. feud. quæſt. 33. verſ. Scias tamen. Sed ceſſante conſuetudine, ego ſemper inclinarem in contrariam ſententiam.

2 Adde & illud; † quod emphyteuta prędiũ emphyteuticum creditori, cui ad certam pecuniæ ſummam obligatus eſt, irrequiſito domino, inſolutum dare non poſſit: ſed domino facultas concedatur, vt poſt denunciationem ſibi factam ipſemet pecuniam creditori debitam exponat, ſicque
3 prædium ad ſe recipiat. Huiuſque † ratio euidens eſt: quia datio in ſolutum, quæ fit voluntarie pro pecunia debita, mera venditio eſſe dicitur, l. vltim. ff. de reb auctorit. iud. poſſidend. l. ſi prædium 4. in fin. C. de euictionib. Ludou. Bologninus conſilio 21. & conſil. 25. numer. 4. Afflict. deciſ. 335. numero 18. & deciſ. 308. num. 2. Aret. conſil. 160. num. 15. & ſeq. Quemadmodum ergo in venditione; ita & in datione in ſolutum poteſtas competit domino offerendi pecuniam, eaque oblatione efficiendi, quo minus, ſe inuito, emphyteuſis per venditionem, vel dationem in ſolutũ in alium transferatur, l. fin. C. de iur. emphyt. vbi Iaſon num. 113. verſic. Intelligo tamen, &c. Decius conſilio 160. Burſat. conſ. 44. num. 29. verſic. at ſecus, volum. 1. & alij, quos laudat Corbulus in tract. de iur. emphyt. cap. 14. limitat. 19. num. 3. & ſequenti. *Harprec.*

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an poſſit irrequiſito domino rem emphyteuticam alteri in emphyteuſin concedere.*

Ex Additionibus.

1 *An emphyteuta, irrequiſito domino, poſſit rem emphyteuticam alteri iniemphyteuſin concedere.*
2 *Nunquid emphyteuta, inſcio domino, prædium emphyteuticum in dotem dare valeat.*
3 *Finis denunciationis, & expectationis conſenſus domini quis.*
4 *Emphyteuta olim quouis modo ius ſuum alienare potuit.*
5 *Quod noua lege non eſt expreſſum ſpecialiter, veteri adhuc relictum intelligitur.*
6 *Vtrum emphyteuta fundum vectigalem æſtimatum, domino diſſentiente, in dotem dare queat.*
7 *Datio rei æſtimatæ in dotem ſpecies venditione putatur.*
8 *Quidam Auctor confutatur.*
9 *Sententia, & intellectus l. æſtimatis. 50. ff. ſolut. matrimon.*

ADDI.

ADDITIONES.

a Alteri.] An emphyteuta primus concedendo rem
alteri in emphyteuſin retineat aliquod ius? Socin.
in conſil. 265. & vide omnino Ruin. in conſil. 168.
nu. 14. An fini-
ta linea primus conducẽs
iura perdat, & hæredes
ſui aliquid habeant? vi-
de Socin. conſ. 256. num.
2. An ſi primus emphy-
teuta de conſenſu domi-
ni tranſmittat ius ſuum
in ſecundum ad hoc vt
reuertatur linea finita,
an attendatur linea pri-
mi, vel ſecundi? Anchar. conſ. 63. An emphyteuta ſecundi
volens alienare, petat licentiam à primo, an à domino dire-
cto. Ruin. conſ. 262. nu. 15. An ius obſeruandi pactum tran-
ſeat ad dominum, an vero ad hæredem primi concedentis.
Socin. conſ. 261. An ſi mortuus ſit ſecundus emphyteuta ſine
hæredibus, emphyteuſis reuertatur ad primum concedentem.
Bald. conſ. 251. *Giach.*

QVÆST. XX.

1 *Vero, nunquid*
poſſit emphyteu-
ta irrequiſito do-
mino rem em-
a *phyteuticam alteri* [a] *in emphy-*
teuſin concedere? Reſpond.
quod non. Et ita de conſuetu-
dine obſeruatur, vt ait Specul.
in d. §. nunc aliqua, quæſt. 125.
quẽ refert Iaſ. in l. fin. nu. 110.
C. de iure emphyt. Eſt .n. con-
ceſſio in emphyteuſin procul-
dubio ſpecies alienationis, vt
eſt omnibus notiſſimum.

1 *Alteri in emphyteuſin concedere.*] Etſi † emphyteuta, irre-
quiſito domino, rem emphyteuticam alteri in emphyteuſin
concedere non poteſt, teſte hic Claro noſtro: tamen recepta,
2 eaque vera traditio eſt, quod † emphyteuta abſque domini con-
ſenſu prædium emphyteuticum alicui feminæ in dotem dare
queat. Ita docent Salic. num. 10. & Iaſ. num. 107. in l. fin. C.
de iur. emphyteutico. Speculator in tit. de emphyteuſi. quæſt.
109. num. 133. Imola in cap. potuit. 4. extr. de locato. num. 17.
Bertrand. conſ. 180. volum. 2. Hoſtienſ. in ſumma tit. de locat.
§. fin. verſic. nunquid ergo res emphyteutica, &c. Tiraquel. de
retract. lignagier. §. 1. gloſſ. 14. num. 95. Corbulus in tract. de
iur. emphyt. cap. 14. limitat. 20. alijque complures, per eos
citati. Et ratio huius (quemadmodum & ceterarum aliena-
3 tionis ſpecierum) hæc aſſignari poteſt: quia † denunciatio, &
expectatio conſenſus domini in eum finem a lege deſideratur
cum emphyteuta vult vendere ius emphyteuticum, vel meo-
rationes ſuas, vt poteſtas fiat domino eodem pretio emendi, ſi
velit. d. l. fin. verſic. ſed ne hac occaſione. C. de iur. emphyteut.
Sed huic fini vt locus non eſt in donatione, legato, oppignora-
tione, & permutatione, de quibus ſupra quæſt. 15. 17. & 18.
ita nec in dotis datione. Proindeque in his alienationibus om-
4 nibus domini conſenſum exigere non debemus. Accedit † &
illud, quod antiquitus emphyteuta quouis modo alienare li-
bere, impuneque poterat, & in alium transferre ius ſuum, vt
arguit text. in §. adeo 3. verſic. vt ecce, &c. Inſtit. de locat. &
conduct. l. 1. in princ. ff. ſi ager vectigal. l. tutor. 16. §. vltim. ff.
de pignorat. act. & l. ſi domus. 71. §. fin. ff. de legat. 1. Sed
hæc libera alienandi poteſtas illi in venditione ſolummodo,
Iuſtiniani noua conſtitutione adempta eſt, in ceteris negotijs
non item. Itaque ceteræ alienationes ei liberæ relictæ cenſen-
5 tur. Quicquid † enim noua lege ſpecialiter non eſt expreſſum:
id ueterum legum, conſtitutionumque regulis relictum in-
telligi debet. l. præcipimus 32. in fine. C. de appellationib. D.
Bocerus claſſ. 2. diſputat. 14. th. 67. ſub littera A. edit. 2.

6 At difficilis quæſtio eſt: vtrum † emphyteuta fundum ve-
ctigalem æſtimatum, domino non conſentiente, alicui in do-
tem dare poſſit? Et minime poſſe, Interpretes numero non
pauci concludunt, Speculator d. tit. de emphyteuſi. quæſt. 110.
num. 134. Imola in d. cap. potuit, numer. 17. de locato. Salicet.
num. 10. & Iaſ. num. 108
in dict. l. fin. C. de iure
emphyteut. Tiraq. de re-
traict. linguag. §. 1. glo. 14
nu. 21. Decius conſ. 160.
colum. 2. Guid. Pap. de-
ciſ. 48. nu. 2. & alij, quos
recitat Corbulus d. tra-
ctat. de iur. emphyteut.
cap. 14. ampliat. 32. At-
que hanc concluſionem
veritati omnino eſſe congruam exiſtimo. Etenim in confeſ-
ſo eſt, venditionem fundi emphyteutici impediri poſſe per do-
minum hac ratione, vt ipſemet pretium offerat, fundumque
emphyteuticum, ſi velit, emat. dict. l. fin. C. de iur. emphy-
7 teut. Iam † autem datio rei æſtimatæ in dotem, ſpecies ven-
ditionis reputatur: atque ita in dubio res æſtimata in dotem
marito data, ei vendita intelligitur. l. cum fundus 3. ff. locati,
l. plerunque 10. §. ſi ante 4. & l. cum poſt. 69. §. cum res 7.
ibique Gothofred. ff. de iure dot. l. quotiens 5. ibique Bald. C.
eod. tit. Quare recte præfatis Doctoribus placuit, fundum
vectigalem æſtimatum, domino inuito, & diſſentiente, in do-
tem dari non poſſe: ſed domino facultatem competere offeren-
di pretium, in quo dos conſiſtat, tranſ. 2 vtili dominio in ip-
ſum potius pretium offerentem, quam in maritum.
8 Et † quamuis ab hac opinione, quæ communem nacta eſt
applauſum, recedat M. in conſuetudinibus Pariſienſ. titul. 2.
§. 56. gloſſ. 1. numero trigeſimoſexto, ob hanc maxime ratio-
nem, quod æſtimatio in dubio uenditionem non faciat, ſiue
inducat, argum. l. æſtimatis 50. ff. ſolut. matrimon. ubi mari-
tus, cui res æſtimatæ in dotem datæ fuerunt, eaſdem res adhuc
extantes, ſoluto matrimonio reſtituere tenetur: adeoque per
æſtimationem rerum dotalium uenditio non contracta uide-
tur: attamen cum ex prædicta l. quotiens. 5. C. de iure dot. &
ſimilibus pateat, per æſtimationem rerum dotalium regulari-
ter uenditionem contractam cenſeri: non eſt, quod iſthac M.
9 obiectione moueamur. Nam ad † præcipuum ipſius funda-
mentum, puta d. l. æſtimatis. 50. ff. ſolut. matrimon. quod at-
tinet; maritus in eius legis ſpecie res ipſas æſtimatas in do-
tem datas, matrimonio diſſoluto, idcirco tenetur reſti-
tuere, quod ex uerbis paciſcentium manifeſte conſtabat,
illud actum fuiſſe, ut ipſæmet res perempto matrimonio red-
derentur.
Ex quibus contrahentium uerbis, & illud appareat; æſtima-
tionem non eo animo, ut contraheretur uenditio; ſed alio con-
ſilio interpoſitam fuiſſe. Etſi enim (ut dictum) rerum dota-
lium æſtimatio regulariter uenditionem conſtituit; tamen
etiam alio fine, alioque conſilio talem æſtimationem per ma-
ritum, & uxorem interponi poſſe, non dubitatur, l. ſi inter
uirum 21. C. de iur. dot. Interim autem regula iſthæc, quod
æſtimatio uenditionem inducat, niſi contrarium euidenter
actum fuerit, firma permanet. *Harprec.*

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an poſſit ſine domini conſenſu conſtituere ſerui-*
tutem in fundo emphyteutico.

Ex Additionibus.

1 *An liceat emphyteutæ in prædio emphyteutico ſine domini*
conſenſu ſeruitutem conſtituere.
2 *Extincto iure datoris, etiam ius acceptoris extinguitur.*

ADDITIONES.

a *Nunquid poſſit emphyteuta ſine domini conſenſu con-*
1 *ſtituere ſeruitutem.*] Emphyteutam † in prædio em-
phyteutico ſine domini conſenſu ſeruitutem con-
ſtituere poſſe,
præter Clarum noſtrum,
Doctores plerique, &
merito quidem, tradide-
runt. Iaſon in l. fin. C. de
iure emphyteut. nu. 117.
& ſeq. Afflict. deciſ. 380.
num. 2. & ſeq. Boerius de-
ciſ. 181. numer. 1. & ſequẽ-
tibus. Natta conſi. 516. nu-
mero 12. Rolandinus à
Valle conſil. 59. num. 10.
& 13. volu. 2. Corbulus in
tractatu de iur. emphyteut. capit. 14. limitat. 29. Borcholtus
in tractatu de feud. capit. 3. numero 43. & Paulus Buſius ad l.
3. numero 2. ff. de ſeruitutibus. Hæc enim ratione nihil domi-
no detrahitur: cum is nihilominus rem emphyteuticam ſaluã
habeat, & quotannis penſionem conſtitutam accipiat; ipſeque
emphyteuta ſuo tantum, non domini iuri præiudicet. Vnde fini-
ta emphyteuſi, finitur quoque ſeruitus, vt hic Clarus recte ſubij-
2 cit: quia † extincto iure
dantis, etiam ius accipien-
tis extinguitur. l. Statius
Florus 48. ff. de iure fiſc.
l. peto. 69. §. prædium. 1. ff.
de legat. 2. l. ex vectigali.
31. ff. de pignoribus, & hy-
pothe. Tiraquellus in l. ſi
vnquam. 8. ſuper verbo
reuertatur. numero 330.
C. de reuocand. donation.
& in tractatu ceſſante cau-
ſa, ceſſat effectus. limitat.
1. num. 24. Itemque in tractatu Le mort ſaiſit leuif. declarat. 1.
part. 3. num. 8. *Harprec.*

QVÆST. XXI.

1 *Vero, nun-*
a *quid* [a] *poſ-*
ſit emphy-
teuta, ſi-
ne Domi-
ni conſen-
ſu Conſti-
tuere ſeruitutem in fundo em-
phyteutico? Reſpon. quod
ſic, quantum ad ſui præiudi-
cium, non tamen quantum ad
præiudicium domini directi;
& ideo finita enphyteuſi erit
etiam finita ipſa ſeruitus. Ita
tenent communiter Doctores,
vt dicit Ceplla lib. 1. de ſer-
uit. c. 14. col. 1. vide quæ dixi
in d. §. fundum. q. 37.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Res emphyteutica in caſibus, in quibus poteſt alienari, an poſſit*
indiſtincte alienari, in quodcunque genus perſonarum.

Ex Additionibus.

1 *Milites cur locationis, & emphyteuſeos contractum celebrare*
prohibeantur.
2 *Curiales res alienas conducere, vel in emphyteuſin accipere ne-*
queunt.

ADDITIONES.

a Potentiores.] Adde, at-
que de communi, vi-
de per Riminaldum Iun.
conſilio 368. columna ſe-
cunda, & per totum illud
conſil. *Giach.*
b *Curiales, & milites.*]
1 Milites † quemadmodum
conducere res alienas pro
hibentur: ita & in emphy-
teuſin accipere vetantur:
ne omiſſo armorũ vſu, ad
opus rureſtre ſe conferãt;
& vicinis graues præſum-
ptione cinguli militaris exi
ſtat. Armis ſiquidem, non
priuatis negotijs, occupari
debent, numeris, & ſignis
ſuis iugiter inhærentes,
Remque publicam, à qua
aluntur ab omni bellorum
neceſſitate defendentes,
l. milites 31. & l. fin. C. de
locat. & conduct. ibique in
ſua ſumma Azo. numero
2 4. Curiales † quoque ſi res
alienas conduxerint, vel in
emphyteuſin acceperint,
nulla obligatio ex huiuſ-
modi contractu competit.
l. Curialis 30. C. dict. titul.
l. decurio. 4. ff. de decurio-
nibus. Idque latius expli-
cat Iaſ. in l. fin. numer. 90.
& 97. C. de iur. emphyt.
Harprec.

QVÆST. XXII.

1 *Vero, an in caſi-*
bus, in quibus po
teſt res emphy-
teutica per em-
phyteutũ alienari, poſſit indi-
ſtincte alienari in quocunque
genus perſonarum? Reſpon-
deo: vulgaris eſt, & notiſſi-
ma regula, quod non poteſt
emphyteuſis alienari in potẽ-
tiorẽ, quæ licet iure non prohi
betur, tamen in practica non
ſolet in dubium refricari. Et
hanc eſſe communem conclu-
ſionem atteſtatur Alexan. in
l. ſi finita, §. ſi de vectigal.
poſt num. 36. verſic. Nec ob-
ſtat, quod emphyteuſis, ff. de
damno infecto. Iaſ. in d. l. fin.
numero 90. & 97. C. de iur.
emphyt. vbi dicit, quod ita
concludunt communiter Do-
ctores, quem refert Gratus
conſilio 80. numero ſecundo,
libro primo. Perſona autem
potentiores [a] *intelliguntur il-*
læ, quæ ſunt magis priuilgia-
b *tæ puta clerici, curiales,* [b] *&*
milites, vt habetur per Docto
res in locis prællegatis.

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *In alienatione rei emphyteutica ſoluendum eſt laudemium do*
mino directi.
2 *Et an etiam ſi doneter alteri.*
3 *Et quid ſi in conceſſione emphyteutica permiſſa ſit emphyteu-*
ta ipſius rei alinatio.
4 *Et quis teneatur ſoluere laudemium, emphyteuta, an acquirẽs.*
5 *Et quid ſi vnus habeat proprietatem, & alter vſumfructum*
ipſius proprietatis, cui ſoluendum ſit laudemium.

Ex Additionibus.

1 *Laudemium an debeatur de locatione ad longum tempus.*
2 *Laudemium ex alienatione debitum, non cenſetur per pactum*
alienandi remiſſum.